

lebrandum Dominum: 1. Cor. X, 3. Col. III, 17. A
Eph. V, 20. II, 10. vid. præc. II.
(5) De nomine Dei sancto L. de Deo.
(6) Jaētantia omnis expiret, succedatque gloria-
tio in Deo devota, animosa, recte fundata: 1. Cor. I,
30. 31. Jer. IX, 23.

USUS E VERSU XLVIII.

Petantur ea, que jam superius adducta sunt Psal.
LXXII, 18. LXXXIX, 52. Nimurum preces & querelas
anxiæ desinere tamen debent in Dei laude.

PSALMI CVII. DISPOSITIO.

Ærumnis variis liberati. Gratitudo.

Est hic I. Propositio: (1) laudate Domi-
num: (2) ratio: quia bonus, quia in se-
culum misericordia ejus: vers. 1.

II. Narratio quoad certas laudantium
classes: ubi (A) EXULES; dicti redenti Do-
mini, è potestate hostis liberati; vers. 2. quorum
(1) miser status, sub manu hostium, vers. 2,
divagatio in deserto, defectus domicilii, vers. 4.
deliquum præ fame ac siti: vers. 5. (2) auxi-
lium: collectio è regionibus variis, secundum 4.
plagas: vers. 3. ereptio ex angustiis: vers. 6.
deductio per viam rectam ad urbem habitabi-
lem: vers. 7. (3) medium: clamor ad Deum
vers. 6. (4) debitum celebrationis: vers. 8. ob-
concessam saturitatem optimam: vers. 9.

(B) CAPTIVI: quorum (1) miseria: se-
dent in tenebris obscurissimis: vincit misere com-
pedibus: vers. 10. (2) miseriæ causa; verbis
Dei rebelles fuerunt: consilium Dei neglexerunt:
vers. 11. (3) pœna promerita: cordis humilia-
tio per ærumnas: lapsus citra succurrentem:
vers. 12. (4) remedium: invocatio Dei vers.
13. (5) effectus: salvavit ex angustiis, ibid.
eduxit è caligine & vinculis: vers. 14. (6) de-
bitum laudis. vers. 15. 16.

(C) ÆGRI: quorum (1) miseria; afflige-
bantur: vers. 17. nauseam patiebantur: sépul-
chro erant proximi: vers. 18. (2) miseriæ ori-
go: erant stulti, via scelerum vitiorumque in-
haerentes: vers. 17. (3) Remedium: invocatio
Dei: vers. 19. (4) Effectus: liberavit: vers. C tam: vers. 43.

PSALMUS CVII.

EXPLICATIO VERSUS I.

confitemini vel celebrate:) versum
hunc integrum vidimus jam Psal. CVI, 1.

EXPLICATIO VERSUS II..

dicent, vel imperativè, dicant:)
vel secundum Campensem: fateantur hoc, nimi-
rum præconium modo recitatum, sive versum
præcedentem intercalarem, qui subinde in Psal-
mo hoc repetetur. Ita namque Psalm. CXVIII, 1,
seq. similis ferè reperitur sermonis structura:
confitemini Domino, quoniam &c. dicar nunc Israël
in seculum misericordia ejus: dicant nunc domus Aba-
ronis &c. Psalm. CXXIV, 1, nisi Dominus fuisset
nobiscum, dicat nunc Israël vers. 2: nisi Dominus
fuisset nobiscum &c. Unde patet & h.l. dicendi ver-
bo respectum haberi ad verba formaliter modo
præscripta: ut proinde non opus sit, cum

19. missò Verbô sanavit: è corruptione eripuit;
vers. 20. (5) debitum laudis, vers. 21. 22.

(D) NAVIGANTES: quorum (1) status:
descendunt in mare, negotiantur in magnis fit-
minibus: vers. 23, inspiciunt admiranda Dei
opera: vers. 24. (2) miseria: excitatis pro-
cellis fluctibusque: vers. 25. concussi horribiliter,
desperationi proximi, omnis consilii ino-
pes penitus: vers. 26. 27. (3) Remedium; Dei
invocatio: vers. 28. (4) Effectus: liberatio-
vers. 29. 30. (5) debitum laudis: vers. 31. 32.

(E) COLONI TERRÆ: ubi (1) status
miser: aquarum substractio: vers. 33. nec non
Terræ fertilis corruptio: vers. 34. (2) utrius-
que origo; incolarum malitia: ibid. (3) im-
mutatio deserti in stagnum: vers. 35. terræ si-
ticulosæ in humidam: ibid. (4) Introductio co-
lonorum: vers. 36. edificantium, vers. 36. se-
rentium, plantantium, metentium, vers. 37.
multiplicatorum feliciter: vers. 38. (5) Eo-
rundem [degenerantium] nova diminutio,
depressio, vers. 39. despectus & confusio; in ere-
num propulsio: vers. 40. Rursus deprehendi
in hujusmodi terris solet (6) Egenorum
è miseriis evectio: instar gregis fœundi au-
dio: vers. 41. unde (7) fidelium exhilaratio;
(8) iniquorum vero obmutescentia & confu-
sio: vers. 42.

III. Conclusio: [1] sapiens (2) obseruat
alia: (3) deprehendit gratiam Dei infini-
tam: vers. 43.

aliis hocce exponere ellipticè: dicant, nimurum
quicquid beneficiorum contulerit, cum potius formu-
la modo traditæ commendetur usus.

גָּאֹלִי redenti Domini:) i. e. omnes isti
atque singuli, qui à Domino ex aliquo angu-
stiarum periculorumque genere ereptos se sen-
tiunt, pro ratione catalogi subsequentis: sive,
qui evaserunt non casu aut fortuito, sed solius
Dei paternâ ope: ad hanc enim solam elevanda
est humana mens super omnes causas secundas.
Participium instar substantivi collocatur in re-
gimine, ut Prov. VII, 10: נְצַרְתָּ לְבָבִי, custodita
corde: Psal. xxii, 7. בָּבִי עַדְתָּ, genitivus autem
posterior ostendit efficientem, quis scilicet re-
demtionis sit autor; sicut in illo Genes. xxiv, 31:
ingredere בָּרוּךְ יְהוָה Job. XIV, 1. בָּרוּךְ יְהוָה
natus à muliere; Jes. LIV, 13. &c. De
verbo גָּאֹל redemit, libertati restituit, vide Psal.
CIII, 41